



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Animae peccato infirmae sanitatem conferunt septem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

primo quia est in altare, idest Christi, sicut dicit Paulus ad Hebræos. **Heb. 12**  
 Habemus altare de quo edere non habent &c. De his omnibus supple sic & in anima. De hoc templo dicit Augustinus. Votum Christi templum est anima credentis, illam exorna, illam uesti, illi offer donaria. **Auguf.**

*Anima peccato infirmæ sanitatem conferunt septem.*

**P**rimum est peccati cognitio, quæ cognitio est principium sanitatis animæ. Vnde ait Augustinus si cognoscis, ille ignoscit, & si non cognoscis, ille non ignoscit. **Auguf.**  
 Secundum est peccati desertio. Vnde apud Esaiam legimus. Si **Esai. 30.**  
 reuertamini, & quiescatis, salu eritis. Et apud Hieremiam clamat **Hier. 3**  
 Deus. Conuertimini filii reuerten tes & sanabo aduersiones uestras.  
 Tertium est perfecta cordis contritio. Dicit Psaltes regius; **Psa. 146.**  
 Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Quartum est, deuota uerbi Dei auditio. Misit uerbum suum & sanauit eos. Dicit Dauid. Et sapientia ait. Neque herba **Psa. 102**



CHRISTIANA

Sap. 61. uidelicet malagma sanauit eos &c.  
 Quintum est in se peccantis remis-  
 sio. Vnde apud Lucam legitur. Di-  
 mittite, & dimittetur uobis, &c.  
 Sextum est, deuota oratio. Veluti  
 deuotè Dauid orabat dicens. Domi-  
 ne deus meus ad te confugi & sana-  
 sti me. &c. Septimum est misericor-  
 diae exhibitio, ueluti nos Esaias in-  
 fruens dicebat. Cum uideris nu-  
 dum, operi eum, & carnem tuam ne  
 despexeris, tunc erumpet quasi ma-  
 ne lumen tuum, & sanitas tua ci-  
 tius orietur.

*Animam illuminant  
 quinque.*

Luc. 18. **P**rimum est fides. Apud Lu-  
 cam dicitur. Respice fides tua  
 te saluum fecit. Vnde Augu-  
 stinus dicit. Fides est illuminatio  
 mentis, quæ illuminatur à prima  
 luce ad uidendum bona spiritualia.  
 Secundum est humilitas. Vnde  
 Io. 9. Christus dicebat. Ego in iudicium  
 ueni in mundum, ut qui nō uident,  
 idest, qui uidere se haud extimāt,  
 quod est humilium, uideant, & qui  
 uidēt, quod est superborum, cæci  
 fiant. Tertium est dilectio. Vnde